

1502. à 9. Jbris. Ex ms. Bibl. Latus: n° 255.

Littera Friderici junioris, Ducis Curlandiae, ad
eundem Dominum cancellarium regni.
~~Sex. N. 95.~~ Ex mss. libl. Zalusk., 255.
[Ut in comitiis sui et parentum suorum negotia
tueatur.]

84

Illustris ac Magnificè Domine, patrone et amice
observandissime.]

^{Quum} ~~Quum~~ mihi Illustrissime Magnificentie Vestre er-
ga nos benevolentia in memoria et animo ver-
satur, intermittere non potui, quin gratam illam
recommendationem aliquo indivio testarer. Eui
autem et aetatis et facultatis mee ea adhuc est te-
nuitas, ut pro multis et magnis beneficiis ab Il-
lustrissima Magnificentia Vestra in nos collatis
prope nihil, quam respondere ^(possum) ~~respondere~~, tamen
putavi Illustri Magnificentie Vestre non ingratum
fore, hunc quoque puerilem conatum, profitendissime
debitorem et cultorem Vestre Illustritatis esse. Quae
propter hanc occasionem obtata, Illustram Magnificen-
tiam Vestram hoc exiguo epistolico meo invisere
volui, quo hoc primum ostenderem Illustram Ma-
gnificentiam Vestram a me coli et diligi, meque nunc
in hac pueritia mea quasi fundamentum perpe-
tue erga Illustritatem Vestram observantiae et ar-
roris ponere, deinde amplius orarem, ut quod
Illustrissima Magnificentia Vestra hactenus
amantissime fecit, sibi illustres parentes meos, a-
deoque nos omnes sibi commendatos habeat, et in his
quoque comitiis negotia parentum tuere et promo-
vere ^{velit.} ~~valeat.~~ Id, quantum in me fuerit, omni tempo-
re erga Illustrissimam Magnificentiam Vestram
officium demereri studebo. Quam divinitus protegi,
et in bona valetudine ac perpetua felicitate con-
servari

servari precor. Date Mitobis, 9. Novembris, an:
no 1582.

Illustris Magnificentie Vestre amans
et colens.

Fridericus Dei gratia Curlandiae et
Semigalliae dux.]